Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



41. 49

arma: et scuta comburet igni Vacate et vide
te quoniam ego sum deus: exaltabor in gen
tibus et exaltabor in terra Dominus virtutum
nobiscum: suscceptor noster deus iacob. ps 46
Omnes gentes plaudite manibus: iubila
te deo in voce exultationis Quoniam
dominus excelsus terribilis: rex magnus super
omnem terram Subiecit populos nobis: et gen
tes sub pedibus nostris Elegit nobis hereditatem su
am: speciem iacob quam dilexit Ascendit
deus in iubilo: et dominus in voce tube Psal
lite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite
Quoniam rex omnis terre deus: psallite sa
pienter Regnabit deus super gentes: deus sedet
super sedem sanctam suam Principes populorum
congregati sunt cum deo abraham: quoniam
Magni domini scuta terre vehementer
elevati sunt.